Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epitoma expositionis sacri canonis missae

Biel, Gabriel

[Speyer], um 1501

Exhortatio Hainrici Bebelii Iustingensis Ad doctorem vendelinum ut dimissis aliis sua aliquando scripta in lucem edat. Qui modo conaris multo professe labore

urn:nbn:de:bsz:31-305354

Visual Library

Exhortatio Hainrici Bebelij Juſtingenſis Ad doctorem wendelinū theologum vt di/miſſis alijs ſua aliquando ſcripta in lucē edat

Qui modo conaris multo prodeſſe labore
Atq; ſacerdoti munera grata refers
Non minus es pius ⁊ multo celebrandus honore
Ut tibi ſit cure qui tibi multa dedit
Hoc eſt preceptor cuius non gloria olebit
Te viuo celebrant quem ſua ſcripta licet
Uendeline mihi quicq; ſi credis amico
Meq; audire velis conſiliumq; meum
Cum tibi ſit vena ingenij atq; induſtria ſolers
Et ſapias quicquid attica pallas habet
Cur latitas tenebris tanta et formidine lucem
Effugis: et ſemper cur tua ſcripta latent
Dignus adire diem cuius bene ſcripta camoenis
Lectentur: tripodas digna ſubire dei
Componas igitur fingas atq; edere cures
Quos tibi dictauit ſacra ſophia libros

Uale.